

tueram, paraveramque quæ in eâ quæstione magis videbantur opportuna. Sed cum ab aliis hæc non indiligerter disceptari cernerem, à quibus lector, quod videretur magis ad veritatem, edoceri posset. Neque præterea aliquid in re tantâ habere, in quo animus veritatis indagator acquiesceret; imò quod ad utramlibet cogitationem firmum haberet fundamentum, aut conjecturam gravem, abstinendum mihi duxi ab eâ disceptatione, quam usque adeò contemplantur ancipitem, ut non haberem, quò magis propenderet assensus. Nam si ab auctorum numero, et auctoritatis pondere momenta consideret, æquum utrilibet cogitationi inest ab auctorum numero, et Scripturæ sacræ auctoritate momentum. Auctores, qui pro utralibet cogitatione certant, æquales penè sunt numero, sanctitate, doctrinâ; rationes in utralibet partem non admodum premunt. Quæ citantur ex Scripturâ sacrâ testimonia, si diligenter expendas, in alios sensus trahi possunt. Ea non invita, et magis fortassè ad Scripturæ non infrequentes usus consentaneè. Quid ergo faciam in re conjecturali, ubi infirmæ sunt, et dubiæ conjecturæ? Adeat lector, si, quod alii senserunt, nõ-se vult, inter alios

## CAPUT XII.

1. Venit autem Roboam in Sichem; illuc enim congregatus erat omnis Israel ad constituendum eum regem.

2. Atverò Jeroboam filius Nabath, cum adhuc esset in Ægypto profugus à facie regis Salomonis, auditâ morte ejus, reversus est de Ægypto.

3. Miseruntque et vocaverunt eum. Venit ergo Jeroboam et omnis multitudo Israel, et locuti sunt ad Roboam, dicentes:

4. Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis; tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo et de jugo gravissimo quod imposuit nobis, et serviemus tibi.

5. Qui ait eis: Ite usque ad tertium diem, et revertimini ad me. Cumque abiisset populus,

6. Iniit consilium rex Roboam cum senioribus qui assistebant coram Salomone patre ejus cum adhuc viveret, et ait: Quod datis mihi consilium, ut respondeam populo huic?

7. Qui dixerunt ei: Si hodiè obedieris

Martinum de el Rio in præfatione ad Cantica, Sebastianum Barradas tomo 1, lib. 5, cap. 9; Pinedam in Salomone prævio, lib. 8, cap. 1, qui omnes acriter pro Salomone certant, et quæ alii in utramque partem congresserunt diligenter et expenderunt accuratè.

Sub hæc Salomonis tempora, id est, ad annum mundi 4160, floruerunt antiquissimi poetæ et musici, ut tradit Genebrardus in suo Chronico, ex Eusebio lib. 10 Præp. cap. 3: Linus, Philammon, Tamyras, Amphion, Orpheus, Musæus, Demodocus, Phœnius, Epimenides Cretensis, et quædam ex Sibyllis. Sed reverà id Eusebius non dicit, sed tantum viris, qui hic ab Eusebio, et Genebrardo nominantur, superiorem fuisse Moysem. Hoc tempore à Tyrreno quodam Pyræo inventa tuba, et auctor est Plinius lib. 7, cap. 56. In Salomonis tempus incidisse Homerum docet Cyrillus Alexand. lib. 7 contra Julianum; apud Latinos regnabat sextus rex Sylvius Æneæ Sylvii filius. His temporibus Homerum et Hesiodum floruisse, et à Didone ædificatam esse Carthaginem ex aliorum sententiâ docet Eusebius in Chronico.

## CHAPITRE XII.

1. Alors Roboam vint à Sichem, dans la tribu d'Ephraïm, parce que tout Israel s'y était assemblé pour l'établir roi.

2. Mais Jéroboam, fils de Nabath, qui était encore dans l'Égypte, où il s'était réfugié dans la crainte qu'il avait du roi Salomon, ayant appris la mort de celui-ci, revint de ce pays,

3. Parce qu'on lui avait envoyé des gens pour le faire revenir. Jéroboam vint donc avec tout le peuple d'Israel trouver Roboam, et ils lui dirent:

4. Votre père nous avait chargés d'un joug très-dur; diminuez donc maintenant quelque chose de l'extrême dureté du gouvernement de votre père et de ce joug très-pesant qu'il avait imposé sur nous, et nous vous servirons.

5. Roboam leur répondit: Allez, et dans trois jours revenez vers moi. Le peuple s'étant retiré,

6. Le roi Roboam tint conseil avec les vieillards qui étaient auprès de Salomon, son père, lorsqu'il vivait encore, et il leur dit: Quelle réponse me conseillez-vous de faire à ce peuple?

7. Ils lui répondirent: Si vous écoutez maintenant ce peuple, et que vous leur cédiez,

populo huic, et servieris, et petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi servi cunctis diebus.

8. Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei, et adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo et assistebant illi,

9. Dixitque ad eos: Quod mihi datis consilium, ut respondeam populo huic, qui dixerunt mihi: Levius fac jugum quod imposuit pater tuus super nos?

10. Et dixerunt ei juvenes qui nutriti fuerant cum eo: Sic loqueris populo huic qui locuti sunt ad te dicentes: Pater tuus aggravavit jugum nostrum; tu releva nos; sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei.

11. Et nunc pater meus posuit super vos jugum grave: ego autem addam super jugum vestrum; pater meus cæcidit, vos flagellis: ego autem cædam vos scorpionibus.

12. Venit ergo Jeroboam et omnis populus ad Roboam die tertiâ, sicut locutus fuerat rex, dicens: Revertimini ad me die tertiâ.

13. Responditque rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod ei dederant,

14. Et locutus est eis secundum consilium juvenum, dicens: Pater meus aggravavit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestro; pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.

15. Et non acquievit rex populo, quoniam aversatus fuerat eum Dominus, ut suscicaret verbum suum quod locutus fuerat in manu Ahia Silonitæ ad Jeroboam filium Nabath.

16. Videns itaque populus quòd nolisset eos audire rex, respondit ei dicens: Quæ nobis pars in David? vel quæ hæreditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua, Israel; nunc vide domum tuam, David. Et abiit Israel in tabernacula sua.

17. Super filios autem Israel, quicumque habitabant in civitatibus Juda, regnavit Roboam.

18. Misit ergo rex Roboam Aduram,

en vous rendant à leur demande et en leur parlant avec douceur, ils s'attacheront pour toujours à votre service.

8. Mais Roboam, n'approuvant point le conseil que les vieillards lui avaient donné, voulut consulter les jeunes gens qui avaient été nourris avec lui, et qui étaient toujours près de sa personne,

9. Et il leur dit: Quelle réponse me conseillez-vous de faire à ce peuple, qui est venu me dire: Adoucissez un peu le joug que votre père a imposé sur nous?

10. Ces jeunes gens, qui avaient été nourris avec ce prince, lui répondirent: Voici la réponse que vous ferez à ce peuple, qui est venu vous dire: Votre père a rendu notre joug très-pesant; et vous lui parlerez en ces termes: Le plus petit de mes doigts est plus gros que le corps de mon père.

11. Mon père, à ce que vous dites, a imposé sur vous un joug pesant, et moi je le rendrai encore plus pesant; mon père vous a battus avec des verges, et moi je vous châtierai avec des scorpions.

12. Jéroboam vint donc avec tout le peuple trouver Roboam le troisième jour, selon que Roboam le leur avait dit: Revenez me trouver dans trois jours.

13. Et le roi répondit durement au peuple; et, abandonnant le conseil que les vieillards lui avaient donné,

14. Il leur parla selon que les jeunes gens le lui avaient conseillé, et leur dit: Mon père vous a imposé un joug pesant, mais moi je le rendrai encore plus pesant; mon père vous a battus avec des verges, mais moi, je vous châtierai avec des scorpions.

15. Et le roi ne se rendit point à la volonté du peuple, parce que le Seigneur s'était détourné de lui dans sa colère, pour vérifier la parole qu'il avait dite à Jéroboam, fils de Nabath, par Ahias, Silonite.

16. Le peuple, voyant donc que le roi n'avait point voulu les écouter, commença de dire: Qu'avons-nous de commun avec David? quel héritage avons-nous avec le fils d'Isai? Israël, retirez-vous dans vos tentes; et vous, David, veillez maintenant à votre maison. Israël se retira donc dans ses tentes, et secoua le joug de Roboam.

17. Mais Roboam régna sur tous les enfants d'Israël qui demeuraient dans les villes de Juda et sur la tribu de Benjamin.

18. Le roi Roboam envoya ensuite Aduram,

qui erat super tributa; et lapidavit eum omnis Israel, et mortuus est. Porrò rex Roboam festinus ascendit currum, et fugit in Jerusalem.

19. Recessitque Israel à domo David usque in præsentem diem.

20. Factum est autem cum audisset omnis Israel quòd reversus esset Jeroam, miserunt et vocaverunt eum congregato cœtu, et constituerunt eum regem super omnem Israel; nec secutus est quisquam domum David, præter tribum Juda solam.

21. Venit autem Roboam Jerusalem, et congregavit universam domum Juda et tribum Benjamin, centum octoginta milia electorum virorum bellatorum, ut pugnarent contra domum Israel, et reducerent regnum Roboam filio Salomonis.

22. Factus est autem sermo Domini ad Semeiam virum Dei, dicens:

23. Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Juda, et ad omnem domum Juda et Benjamin, et reliquos de populo, dicens:

24. Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel; revertatur vir in domum suam; a me enim factum est verbum hoc. Audierunt sermonem Domini, et reversi sunt de itinere, sicut eis præceperat Dominus.

25. Edificavit autem Jeroam Sichem in monte Ephraim, et habitavit ibi; et egressus inde edificavit Phaniel.

26. Dixitque Jeroam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad domum David,

27. Si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo Domini in Jerusalem; et convertetur cor populi hujus ad dominum suum Roboam regem Juda, interficientque me, et revertentur ad eum.

28. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, et dixit eis: Nolite ultra ascendere in Jerusalem; ecce dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terrâ Egypti.

29. Posuitque unum in Bethel et alterum in Dan.

qui avait la surintendance des tributs, pour les exiger; mais tout Israël le lapida, et il mourut. Le roi Roboam se hâta de monter sur son char, et s'enfuit à Jérusalem.

19. Et Israël se sépara de la maison de David, comme il l'est encore aujourd'hui.

20. Tous ceux d'Israël ayant entendu dire que Jéroam était revenu, l'envoyèrent querir, et le firent venir dans une assemblée générale, où ils l'établirent roi sur tout Israël. Et nul ne suivit la maison de David, que les seules tribus de Juda et de Benjamin.

21. Roboam, étant venu à Jérusalem, assembla toute la maison de Juda et la tribu de Benjamin, au nombre de cent quatre-vingt mille hommes de guerre choisis, afin qu'ils combattissent contre la maison d'Israël, et qu'ils réduisissent le royaume sous l'obéissance de Roboam, fils de Salomon.

22. Alors le Seigneur adressa sa parole à Séméias, homme de Dieu, et lui dit:

23. Parlez à Roboam, fils de Salomon, roi de Juda, à toute la maison de Juda et à la tribu de Benjamin, et à tout le reste du peuple, et dites-leur:

24. Voici ce que dit le Seigneur: Vous ne vous mettez point en campagne, et vous ne ferez point la guerre contre les enfants d'Israël, qui sont vos frères; que chacun retourne en sa maison, car c'est moi qui ai fait ceci. Ils écoutèrent la parole du Seigneur, et ils s'en retournerent, selon que le Seigneur leur avait commandé.

25. Or, Jéroam rebâtit Sichem sur la montagne d'Ephraïm, et il y établit sa demeure; et étant sorti de là, il bâtit Phaniel.

26. Jéroam dit cependant en lui-même: Le royaume retournera bientôt à la maison de David,

27. Si ce peuple va à Jérusalem pour y offrir des sacrifices dans la maison du Seigneur; le cœur de ce peuple retournera alors vers Roboam, roi de Juda, son seigneur; et ils me tueront, et retourneront à lui.

28. Et, après y avoir bien pensé, il fit deux veaux d'or, et il dit au peuple: N'allez plus à l'avenir à Jérusalem; Israël, voici vos dieux qui vous ont tiré de l'Égypte.

29. Il les mit, l'un à Bethel et l'autre à Dan, aux deux extrémités du royaume.

30. Et factum est verbum hoc in peccatum; ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan.

31. Et fecit fana in excelsis, et sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi.

32. Constituitque diem solemnem in mense octavo, quinta decima die mensis, in similitudinem solemnitatis quæ celebrabatur in Juda. Et, ascendens altare, similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis quos fabricatus fuerat; constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum quæ fecerat.

33. Et ascendit super altare quod extruxerat in Bethel, quinta decima die mensis octavi, quem finxerat de corde suo; et fecit solemnitatem filiis Israel, et ascendit super altare ut adoleret incensum.

VERS. 1. — VENIT ROBOAM IN SICHEM: ILLUC ENIM CONGREGATUS ERAT OMNIS ISRAEL AD CONSTITUENDUM EUM REGEM. Defuncto Salomone ejus loco successit Roboam, quem unum masculum ex tantâ feminarum colluvione susceperat, illumque prorsus indignum regno, utpote cui mens inesset tarda, et ingenium ad bonas disciplinas et ad sanum de republicâ consilium indocile. De quo: *Et reliquit post se (nempe Salomon) de semine gentis stultitiam, et imminutum à prudentiâ, Roboam, qui avertit gentem consilio suo.* Et lib. 2 Paral. cap. 15, v. 7, rudis esse dicitur, et corde pavido. Duas præterea filias suscepisse dicitur Salomon lib. 3 Reg. 4, v. 11 et 15, Tapheth, et Basemath, quarum matres non nominantur, quia fortassè indignæ, quarum extaret nomen. Roboam natus esse dicitur matre Ammonitide, quæ Naama dicebatur 3 Reg. 14, v. 21. Quoto anno Salomonis genitus fuerit, diximus supra cap. 3, ad principium. Quòd si, ut docet Hieronymus, et cum eo non pauci, duodecimo Salomonis anno natus est Roboam, nihil mirum si minus fuerit aut confirmatus viribus, aut ingenio præditus, cum omnes, qui ad opus conjugale ætate parentum nondum maturâ geniti sunt, aliquid habeant aut in corpore, aut in animo infirmum et exile, quasi natura ulcisci velit parentum præproperam intemperantiam, qui, se non jubente, aliquid aggrediuntur, quod ipsa non probat. Ita penè Hieronymus, epist. 152 ad Vi-

30. Ce qui devint un sujet de scandale et de péché; car ce peuple allait jusqu'à Dan pour y adorer ce veau.

31. Il fit aussi des temples dans les hauts lieux, et il y établit pour prêtres les derniers du peuple, qui n'étaient point enfants de Lévi.

32. Il ordonna aussi qu'on célébrerait un jour solennel dans le huitième mois, le quinzième du même mois, pour répondre au jour solennel qui se célébrait en Juda au septième mois; et il monta lui-même à l'autel érigé à Bethel, pour sacrifier aux veaux qu'il avait fait faire; et il établit dans Bethel des prêtres des hauts lieux qu'il avait bâtis.

33. Le quinzième jour du huitième mois, qu'il avait fait solennel, à sa fantaisie, il monta à l'autel qu'il avait bâti dans Bethel; et il fit faire une fête solennelle aux enfants d'Israël, et monta à l'autel pour y offrir de l'encens.

## COMMENTARIUM.

talem: « Ex quo perspicuum est homines à parvâ ætate libidini deditos immaturâ eorum sobole demonstrari, quòd etiam eo tempore peccare cœperint, quod natura non patitur. »

Hinc igitur Roboam profectus est in Sichem, postquam parenti, ut est verisimile, de more parentavit; in quo munere regio more atque apparatu præstando, aliquid temporis consumptum esse oportuit. Eò convenit totus Israel ut regem illum pro patre constitueret, qui ad id negotii Jeroamum advocavit, cujus judicium et prudentiam rebus administrandis jampridem fuerat expertus. Et de verbis fortassè Abiæ Silonitæ nonnihil audierat. Ille autem cum certior esset factus de Salomonis morte, cujus causâ in Ægyptum abierat, rediit statim in patriam solum, et cum aliis simul ad locum venit, ubi de rege aut eligendo, aut renuntiando illa cogebantur comitia. (1)

(1) VERS. 2. — JEROAM, AUDITA MORTE EJUS, REVERSUS EST DE ÆGYPTO. Quæ causa Jeroamum impulerit, ut in Ægyptum fugeret, satis constat. Vir erat ingenio seditioso, inquieto, qui populum adversus principem suum sollicitabat. Cum Salomon in vincula illum dare tentasset, ut vitâ illum, et se metu solveret, fugit in Ægyptum. Sed post regis obitum, fautores Jeroami, quos sibi iste comparaverat in tribus Ephraimi et Manasse, quibuscum occultam et perpetuam amicitiam detinuerat, monuerunt illum, opportunum redeundi tempus adesse. Reversus est igitur domum, venitque invitatus ad conventum Sichem, ubi inter primos auctores fuisse vi-

VERS. 4. — PATER TUUS DURISSIMUM JUGUM IMPOSUIT NOBIS (1). Sub extrema, ut reor, tempora Salomonis imperii immania hæc tributa imposita fuerunt, quæ duas ob causas ferre non poterat attritus populus, et supra vires novis quotidie exactionibus exhaustus. Quare orat novum regem Roboamum, si modò velit habere populum obsequentem sibi, aliquid adimat de pondere, quod lassè et attriti popularium humeri sustinere non possunt. Tulerant Salomonis imperio subjecti populi ad illud usque tempus extremum Salomonis impositum vectigal, tum quia minùs grave, tum quia ad templi fabricam, et Israelitici imperii præsidium et ornamentum, et ad alios communes et publicos usus conferebatur. At sub extrema tempora, cum suas potius spectaret delicias delirus senex, et feminarum, quibus erat supra modum addictus, usibus non semper honestissimis extortas à populo divitias impenderet (quomodò enim aliter cum regio fastu septingentas reginas, fastidiosum et delicatum genus, et trecentas concubinas aleret?) ferre non potuit immanes illos et impudentes sumptus, atque ideò de abjiciendo, aut saltem allevando pondere deliberat; neque aliter Roboami subeundum esse jugum, nisi illi id detrahat quod vivente patre fuerat importabile. De immode-

detur petitionum populi, et fax seditionis, in familiam Davidis. Textus Hebræus planè contrarium Vulgatæ sensum reddere videtur; ita enim sonat: *Ipsè habitavit in Ægypto, miseruntque et vocaverunt eum.* In Paralipomenis legitur: *Reversus est Jeroboam de Ægypto, et miserunt (Israelitæ), et vocaverunt eum ad conventum.* Totum discrimen ex unâ litterulâ petitur. Credibile est autem, ætate S. Hieronymi libros Regum et Paralipomenon hæc in re inter se convenisse. Quæ litteræ exprimunt *redit*, eadem ex aliâ radice sonant etiam, *mansit*.

(Calmet.)

(1) Absoluto templo, Salomon sumptibus immodicis et odiosis sese implicavit, ut domus suæ fastum promoveret, luxum uxorum suarum expleret, atque urbem Jerusalem ornaret. Hinc æmulatio et simulas tum urbium, tum tribuum cæterarum. Animadvertere licuit, occasionem defectionis Jeroboamo præbuisse *Mello*, quod princeps ille ædificandum, seu potius aggestâ humo per viros è tribubus Israelis obstruendum suscepit. Vectigales ejusmodi operæ, additæ mulectis atque tributis, jugum hoc durissimum, de quo populus hic queritur, constituebant. Nullibi equidem in Scripturâ satis apertè constat, Israelitis mulectas et tributa indicta fuisse; ea enim imperabantur tantum gentibus superatis atque subiectis. Nomen *tributum*, cum de Israelitis agitur, uti jam animadvertum est, innuit operæ vectigales, quæ ab illis exigebantur.

(Calmet.)

rato vectigalium pondere, quàmque subditos lasset et alienet, multi multa dicunt. Unum tu vide Philonem Judæum lib. de Creatione principum sub finem. Ubi cum causam quæreret, cur præceptum fuit à Domino, Numer. 22, versiculo 9, ne vinea altero seratur semine, inter alias hanc extremam addit: « Ne bonus, inquit, ager prematur onere gravissimo vexatus vel serentium, plantantiumque operis in orbem redeuntibus, vel duplicatâ feracitate fructuum. Satis enim est si Dominus ex suo prædio tributum exigat annum, sicut rex à suâ ditione. Qui verò plura tributa conatur imponere subditis, non facit officium principis, sed avari et pugnantis cum naturæ legibus. Quapropter quicumque colonus nimis ad rem attentus inter arbusta seminat, potest objurgari his verbis legislatoris: Cur sævior es regibus civitates regionesque debellantibus? illi prospicientes futuro tempore suis parcunt provincialibus, contenti uno tributo annuo, ne subjectos citò redigant ad extremam inopiam: vos autem cum ex eodem fundo colligatis ex vere hordeum atque triticum, in æstate fructus, arborem duplici cum tributo gravatam opprimitis, fieri non potest, quin exhaustus deficiat, quemadmodum athleta, cui respirare non datur, ac vires colligere, ut certamen redintegret. » Sic sanè fit cum subditi nimis à principibus avarè vexantur, ex quibus si sanguinem exprimas, neque vitam invenies, à quâ usum aliquem sperare possis, neque habebunt postea quid tibi in posterum impendant, neque si habeant, facient, nisi coacti. Vide Cassiodorum libro quarto variarum Histor. capite 38, ubi hæc de re latè et benè, et Nazianzenum oratione 9, ad Julianum, sub finem, ubi illum à tributorum gravi onere deterret, ubi inter alia planè gravia hæc scribit, nihil esse gravius et acerbius impositum homini propter parentis primi originalem culpam, quàm quòd hominibus cogitur dependere tributum. Et tandem Julianum admonet, ut videat quod tributum populo sibi subdito velit impositum; quia idem illi Deus miserorum ultor imponet. « Quo modo, inquit, alios descriperimus in libro rationum et censû, eodem ipsi quoque describemur. Hanc descriptionem si facilem et accommodam expectari cupis, fac te commodum nobis et humanum præbeas. »

VERS. 5. — ITE USQUE AD TERTIUM DIEM, ET REVERTIMINI AD ME. In hoc prudenter se gessit Roboam, quòd non nisi meditatio atque con-

sultò populis infensius incitatis respondere voluit. Assumpsit igitur secum tridui spatium ad deliberandum, quo exacto conventus illos hominum redire jussit. Interim et quid populus velit impartitur illis, quos eà de re consultos voluit, et eorum in eà re tam gravem sententiam exquiri.

VERS. 7. — SI HODIE OBEDIERIS POPULO HUIC, ERUNT TIBI SERVI OMNIBUS DIEBUS (1). Prudens sanè fuit seniorum consilium, quorum in rebus dubiis prudentiâ usus erat Salomon. Id enim usu plerumque evenit, ut ex primo congressu atque sermone, quasi è facie cognoscamus illius quocum agere volumus, mores et ingenium. Ut autem facies et forma prima illorum quos antea non novimus, commendatio est; et oratio ex arte et prudenter instituta in ipso exordio sibi benevolentiam et gratiam ab illis conciliat, à quibus postea aliquid majus obtinere vult; sic prudentis est hominis in primo congressu atque aditu aliis non se præbere morosum aut difficilem, ut deinde illos sibi difficiles et morosos non habeat, sed obsequentes et gratos. Hoc igitur fuit seniorum consilium, ut bonum de se rex novus specimen præberet, et populi precibus non iniqua pos-

(1) Audi S. Hieron., epist. 62, episcopi cujusdam elementiam in subditos celebrantem: « Amari, inquit, parens et episcopus debet, non timeri. Antiqua sententia est. *Quem mecum quis, odit; quem odit, perisise capit.* Unde et in nostris litteris, cum initia parvulorum in timore consistant, perfecta dilectio foras mittit timorem. Non quæris monachos tibi esse subjectos, et ideò magis subjectos habes. Tu offers osculum, illi colla submitunt; exhibes militem, et ducem impetras; quasi unus in pluribus es, ut sis unus ex pluribus. Citò indignatur libertas si opprimitur. Nemo plus impetrat à libero quàm qui servire non cogit. Novimus canones ecclesiasticos, non ignoramus ordines singulorum, et lectione et quotidianis exemplis multa didicimus, multa usque ad hanc ætatem experti sumus. Qui scorpionibus cædit, et lucas patris habere se putat digitos crassiores, citò regnum mansueti David dissipat. Certè Romanus populus ne in rege quidè superbiâ tulit. Dux ille Israelitici exercitûs, qui decem plagis afflixerat Ægyptum, et ad cujus imperium cœlum et terra et maria serviebat inter cunctos homines, quos tunc terra generavit mansuetissimus prædicatur, et ideò per quadraginta annos obtinuit principatum, quia potestatis superbiâ lenitate et mansuetudine temperabat. Lapidabatur à populo, et pro lapidantibus rogabat, quia potius deleripse vult de libro Dei, ne commissus sibi grex pereat: cupiebat enim illum imitari Pastorem, quem sciebat etiam errantes oves suis humeris portaturum. Pastor, inquit, bonus, ponit animam suam pro ovibus suis. » (Corn. à Lap.)

tulantis annueret, quò in posterum ad alia quæ sæpè incurrunt gravia atque molesta obsequentem haberet.

VERS. 8. — ADHIBUIT ADOLESCENTES, QUI NUTRITI FUERANT CUM EO, ET ASSISTEBANT ILLI. Usitatum olim fuit, neque nunc alieni sunt ab hæc consuetudine principes, ut filiis quos optimis disciplinis informari student, alios adjungant coætaneos, qui eisdem dent operam disciplinis et studiis, et dum alii alios in eo litterario atque ingenio pulvere superare contendunt, invigilent diligentius, neque torpere sinant, et ante suum tempus senescere ingenium, quod illis studiis liberalibus excultum, magnos reipublicæ fructus sperabatur allaturum. Exemplis abundamus illorum qui filiis suis coætaneos adhibuere pueros, qui iisdem cum filiis instruerentur disciplinis et modis, qui deinde magnos usus attulere reipublicæ. Sic sanctus Thomas opere de regimine principum libro 4, capite 1, quod Ægyptiis usitatum esse tradit. Sanè id fecisse Sesostrem Ægyptium regem, scribit Diodorus libro 2, capite 1, qui quotquot infantes in totâ Ægypto eodem quo filius die nascerentur, adscribi jubebat, et cum filio pariter educari. Sed in eo iste rex errabat vehementer, quòd nullo de luctu coætaneos infantes congregabat, et in eo statu in quo nullius cognosci posset indoles et ingenium: nam id maximè primùm exploratum oportuit. Neque enim quidquam magis nocet teneræ adhuc et rudi ætati, quàm illorum consuetudo atque usus familiaris, à quorum naturâ malâ aliquid principis moribus insolesceret, qui tanquam mollis cera facillè fingitur accipitque quancumque formam, quam illi imprimere volueris, quodque pejus est, illam quàm diutissimè, imò ad extremum usque halitum conservat. Difficile enim, ut ait Hieronymus ad Lætiam, eraditur quòd rudes anni perbiberunt, neque lanarum conchylia ad pristinum candorem revocari possunt. Accedit quòd illos amamus magis, illorumque consiliis libentius acquiescimus, quibus à rudioribus annis assuevimus, et quomodò adolescit, et confirmatur ætas, eodem etiam modo confirmatur et crescit amicitia. Sanè non tam facillè abduceretur Roboam juniorum consiliis cum tanto rerum suarum detrimento, nisi diuturnam cum illis consuetudinem habuisset. Quâ in re miror Salomonis sapientiam, qui cum his adolescentulis unicum filium in spe natum tanti imperii convivere permisit, quorum esset tanta in consiliis audacia tanta in deliberando ac tam præcipitata